



Ab. 127.  
29.





CONCLUSIONES  
DISPUTATIONIS XI.

DE ACTIONI-  
BUS FINIVM REGVN-  
dorum, familiae herciscundae,  
communi dividundo.

*Quas*

Auspice & iuvante Deo.

*Sub Praesidio*

D. ORTOLPHI FOMANNI


I. V. D. & P. P. P.

in inclita Salana

Publicè discutiendas ad 20. Octob. hora locog,  
consuetis proponit, & defendere  
conabitur

ELIAS SCHEFFEL

Königsheensis.



*J E N A*

Typis Tobiaë Steinmanni,

ANNO M. D. IC.





ILLVSTRIBVS GENEROSIS  
ac inclvris Dominis

*Epistola in Anstadium  
Capituli Waldenro  
Luisen Administration*

Dn: Carolo Gunthero +  
Dn: Ludovico Gunthero  
Dn: Alberto Gunthero

*sic Das 1673.*

Fratribus Germanis

Sacri Romani Imperij Quatemuiris, Comitibus in  
Schwarzburgk & Hohnstein

Dominis in Arnstad, Sondershausen, Leptenbergk  
Lohra & Klettenbergk. Dominis suis

*a magis clementissis, clementibus  
Augustis, & Memoratibus magnificatissimis  
Hasce legales positiones*

Denotæ subiectionis monumentum, ac studij  
legalis testimonium

D. D. O.  
subiect. cliens

Elias Scheffel  
A. & Resp.







# Disputationis XI.

## THESIS I.



**L**ATISSIMUM INGREDIEN-  
 tibus actionum, quæ mixtam causam  
 habere videntur, campum, statim ser-  
 pulum injeit difficilis illa, & multum  
 agitata quæstio: Num hæ tres actiones  
 finium regundorum, familiae erciscun-  
 dae, communi dividundo, reapse mistæ sint? Affir-  
 manti parti calculum communis Dd. opinio adijcit.  
 Donelli negantis sententiam propugnabimus.

l. 63 c. 1 39 f. 5

l. 63 c. 1 36 f. 2

l. 2 c. 1 55 f. 10

### II.

Dividuntur in stricti juris & bonæ fidei iudicia.  
 Stricti, iuris est finium regundorum actio, quam & fi-  
 nalem quæstionem legis appellant, inter confines  
 prædiorum rusticorum ad discernendos agrorum limi-  
 tes competens. Num quid ergo Urbana prædia ex-  
 cluduntur? A. Imò & rustica, nisi in confinio sint, &  
 publica via seu flumen agros determinans impedit,  
 quo minus sit locus actioni directæ, quamvis utiliter  
 experiri possimus. Priuatus rivus hoc iudicium non  
 impedit.

l. 114

l. 63 c. 1 39 f. 41

### III.

Datur autem non solum prædiorum Dominis:  
 Verum etiam Emphyteutæ, beneficiario, fructuario,  
 creditori qui iure pignoris possidet, propter ius,  
 quod in re habet, item valallo. Inter socios qui com-  
 munes agros possident, locum habere non potest.

A 2

Finis





Aliquid.

IV.

Finis est ut divisione fundorum confinium, vel mutua adiudicatione distinguantur termini: aliquando ut antiqui conseruentur, & restituantur, quando limites vi fluminis auulsi sunt.

V.

Neque tantum ad fundorum, sed & hodiè iurisdictionum regimen pertinet.

VI.

Itaque non aliena ab hoc loco occurrit quaestio, cuius sit de caede in confinio duorum territoriorum facta cognoscere. Et quamvis Dd. diuortia, quae hic sese offerunt, non ignoremus, existimamus tamen, quando constat in altero coesum in altero cecidisse hominem cognitionem, ita ut praeventioni locus sit, ad utrumque spectare: In casu dubio, ei, in cuius territorium occisi caput proiectum, cognitionem deferendam censemus.

VII.

Veniunt hoc in iudicium omnes impensae, fructusque post litem contestatam percepti, simulque eius quod interest, praestatio.

VIII.

Iudicis officium quod attinet is in hac actione vetera monumenta terminosque antiquis libris aut testibus probatos sequitur: nisi de recentioribus possessorum arbitrio aut alia legitima ratione constitutis appareat.

IX.

Si verò nulla omnino terminorum vestigia adfuerint, per agrimensores & Geometras rem expediens novos constituat. Missus agrimensor mercedem ab utraque

lib 3. c. 1  
39 f. 19  
210

Quod sit  
officium  
iudicis.

lib 3 c. 39 f  
22



utraque parte consequitur, etiam si vnus tantum liti-  
gantium in causa sit, cur res debeat mensurari.  
Quod si fines commodè dirimi nequeunt, adiudi-  
catione, vel condemnatione controversiam com-  
ponat.

X.

Hoc præterea ad Iudicis spectat officium, termi-  
nos antiquos, nec non eos ex possessorum arbitrio  
recenter constitutos custodire, & in contumaces, vel  
ex malitia quadam circa fines quid committentes  
scriò animadvertere. Dubitari potest num in hoc  
iudicio contra absentem litem nondum contestata lu-  
dicis sit ferre sententiam definitivam? contra Barto-  
lum cum Baldo negativè concludimus,

1. 63 C. 1. 37 f  
23

XI.

Neque verò finalis quæstio intra hanc solum  
stat actionem, sed insuper criminaliter ex L. Agraria  
adversus eos, qui dolo malo, ut finitimis negocium  
facebant, limites eijciunt, pro singulis qui turbati  
sunt, ad multam quinquaginta aureorum fisco ap-  
plicandorum, agitur.

XII.

Et ex rescripto D. Hadriani pro scienter propul-  
sis ad corporalem castigationem vel relegationem,  
vel in opus publicum condemnationem; pro igno-  
rante vero ablati ad verberum poenam agi potest.  
Neq; verò, criminalis civilem illam, quæ rei est perse-  
cutoria, perimit, quamvis ob id quod terminos scis  
enter movit, aut offodit relegatum à poena so-  
aureorum contra Sichardum liberari statua-  
mus.

A 3 Perimuntur





XIII.

lib 3 c t 39 f. 17.

d t 39 f. 18

d t. 39 f 43

lib 3 c t 39 f. 33

cc

d t 39 f. 45

Perimitur hæc actio proprietatis exceptione, Inde nascitur difficilis controversia, num actio finium regundorum proprietatis quæstioni cohæreat? Quod affirmamus utq; prius possessionis contentio definiatur, iuris ordo postulat. Eliditur deinde triginta annorum præscriptione. De eo quoque inter omnes non convenit, an finibus seu limitib. præscribatur? Illi vel priuatorum sunt, & præscribuntur. Quodque in difficili l. penult. C. h. r. legitur, quinque pedum præscriptione submota finalis libera peragatur intentio hoc est, ne ~~intra~~<sup>intra</sup> quinque pedes sit usucapio, id mutatum esse existimamus: aut sunt prouinciarum dicecesium & regnorum & dum si de finib. constat, nullo modo præscribi possunt: Si non constat præscriptionem admittunt, non finium usu, sed proprietatis jure.

XIV.

fam. etc. lib. 3. c. h. 30 f. 11 d t 36 f. 0

d. t 36 f. 20

lib 3 c t 39 f. 19

Bonæ fidei sunt actiones familiæ erciscundæ communi dividundo. Familiæ erciscundæ actio est civilis vniuersalis & de rebus hereditarijs diuidendis competit hæredi contra hæredem. Hinc familiæ erciscundæ iudicio agens fatetur aduersarium sibi esse cohæredem, non tamen omninò & simpliciter atq; ita vtrumq; verum est, si uel. 37. ff. h. r. affirmative siue negatiuè legatur. Utiliter hæc actio datur etiam alijs successoribus qui loco hæredum sunt. Num directam bonorum possessor habet? N.

XV.

Materia.

Hinc constat huius actionis exercitium ad omnem hereditatem siue ex testamento siue ab intestato deuolutam pertinere; Quid quod de pluribus hæredi-



hereditatibus quæ inter eosdem ex diuersis causis  
communes sunt, vnum familiae exercundæ iudicium  
sumi potest. *lib 3 c 1 30 f 49*

XVI.

Per hereditatem hic intelligimus omnes res hæ-  
reditarias, tam soli quam mobiles sive in ipsa heredi-  
tate inuentas, sive occasione hereditatis, vt vsucapio-  
ne acquisite, etiam alienas, quas bona fide defunctus  
possedit, præterquam res crimine acquisite, & nomi-  
na. Stichus igitur totam pecuniam exigendo, quam  
pro sua parte exigere debuit, non tenetur familiae ex-  
ercundæ actione, sed negotiorum gestorum, si co-  
hæres probet exactionem.

XVII.

Divisio quomodo faciendâ sit interpretes iuris  
vtriusq; controvertunt. Quando nec à testatore nec  
ab hæredibus diuisio facta, tum de iure ciuili officio  
Iudicis aut per sortes expediri debet, de iure Canoni-  
co & Saxon. maior diuidit, minor eligit.

XVIII.

Ad vnus pluriumve cohæredum instantiam res  
liquis quamvis in vitis, res hereditarias omnes æqua-  
liter pro rata, vel facta adiudicatione & condemna-  
tione iudex diuidit. Simulq; fructuum perceptorum,  
impenſarumve, vel doli & culpæ, admiffæ in diuisio-  
ne rationem habet. Quod erit officium iudicis in ca-  
ſu per difficilis l. Filium 24. C. h. t. vt recte fiat diuisio  
hereditatis quartæ prælegati & fideicommissi ratio-  
nem habere debet.

XIX.

Hoc iudicium non nisi semel competit. Si igitur  
quædam res in diuisione prætermiffæ; illarum nomi-  
ne

*De pecunio cupior  
lib 3 c 1 30  
f 28*

*smi) lib 3 c 1 30  
f 35*

*lib 3 c 1 30 f  
22*

*l. 1 30 f 23*

*Forma?*

*Forma? lib 3 c 1  
30 f 9*

*Effectus.*

*Pugn. lib 3 c 1 30  
f 10*



ne communi dividundo iudicio agitur. An actio familiae heriscundae praescriptione 30 annorum perimitur? A.

XX.

A defuncto inter extraneos haeredes per Codicillos, vel a patre inter liberos per Schedulam, aut etiam sine scriptura inaequaliter fieri potest divisio, & si defunctus vel pater nihil mutavit, divisioni, salva legitima, standum esse expediti iuris est: Sicuti nec cohæredibus dividendum sine enormi læsione, quæ medietatem iustæ portionis exuperat retractatio concedenda. Num idem ad iudicalem vel sorte factam divisionem extendendum? N.

lib 3 c. 1 36 f. 13

lib 3 c. 1 38 f. 36 XXI.

lib 3 c. 1 38 f. 40

Testatori divisionem prohibenti erit ne mos gerendus? N.

lib 3 c. 1 39 f. 19

XXII.

Communi divid.

Huic iudicio affinis est communi dividundo actio, daturq; his quibus quocunq; modo res singulae communi-ter obvenierunt. An & correo adversus correum? In hoc Dd. conflictu negantium placet opinio. Denegatur ei qui putat se in rem propriam impendere, cum sit communis.

XXIII.

Materia.

Directa competit vero Domino qui res corporales: Utiles illi qui secundum Dd. utile dominium habet & incorporales dividi petit. Nec refert an res societate vel sine societate communes sint, modo non sit hæreditas seu universitas dividenda. d. 1 37 f. 2

lib 3 c. 1 37 f. 4

d. 1 37 f. 2 XXIV.

Effectus. Fms Instituitur ut res communes dividantur, vel quod alterum alteri ex bono & æquo præstari oportet, vel utrumque fiat.

XXV.

Finem imponat huic disputationi illud a nostra materia non alienum. l. si is 20. D. h. r. sive vulgata lectio secundum Robertum, sive Florentina secundum Cuiacium retineatur sensum esse non incommodum, prout assertores utriusque afferunt interpretationes.

F I N I S.



Kc 3192

8<sup>o</sup>

(X2217985)


VO 12

MC









CONCLUSIONES  
DISPUTATIONIS XI


E ACTIONI-  
S FINIVM REGVN-  
dorum, familiae herciscundæ,  
communi dividundo.

*Quas*  
Auspice & iuvante Deo.  
*Sub Prasidio*

ORTOLPHI FOMANNI  
I. V. D. & P. P. P.  
in inclyta Salana

*Publicè discutiendas ad 20. Octob. hora locog,  
consuetis proponit, & defendere  
conabitur*

ELIAS SCHEFFEL  
Königshensis.



*J E N Æ*  
Typis Tobia Steinmanni,  
ANNO M. D. IC.

